

In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi Imperante domino nostro Constantino porfirogenito magno Imperatore anno quartodecimo: sed et romano et christophoro eius filio anno primo (1): die nona mensis septembrii inductione decima neapoli. Nos macarius ygumenus monasterii sanctorum sergii et bachi A presenti die promitto tivi colonus filius quidam ragemperti colonus et habitator in loco qui vocatur fracta (2): propter duas gryptas nostras in integro una ante alia constitutas positas subitus solare venerabilis monasterii sancti archangeli qui vocatur ad balane cum omnibus eis pertinentibus qui nobis obvenit ab heredum petri tribuni parenti et a petro filius helia miles per duas chartulas venditionis quas vero memoratas duas gryptas cum omnibus eis pertinentibus in tua tuisque heredibus sint potestate tenendi et abitandi seu dominandi tantummodo tu et heredes tui nobis nostrisque posteris dare debeatis idest pensum tritici bonum siccum modios sedecim tractata at usque ante regiam memorati nostri monasterii mensuratum ad modium iustum et minime presummimus nos aut posteris nostris tivi tuisque heredibus memoratas gryptas tollere et at quavis persona iterum ea dare aut in nostra proprietate ea recolligere dante tu et heredes tui nobis nostrisque posteris memoratum pensum: *quia sic* inter nobis stetit quod si aliter provenerit de his omnibus memoratis tunc componimus nos et posteri nostris tivi tuisque heredibus auri libra una bytianea et he chartula sit firma scripta per manu stephani curialis per Indictionem memorata decima.

* μακαριο ηγουμενους σου *

* Ego leon Curialis rogatus a memorato macario igumeno testis

Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno quattordicesimo di impero di Costantino porfirogenito grande imperatore ma anche nell'anno primo di Romano e Cristoforo suo figlio, nel giorno nono del mese di settembre, decima indizione, **neapoli**. Noi Macario, egùmeno del monastero dei santi Sergio e Bacco, dal giorno presente prometto a te colono, figlio invero di Raghemperto, colono e abitante nel luogo detto **fracta**, per due nostre grotte per intero, situate una davanti all'altra e poste sotto la terrazza del venerabile monastero di sant'Arcangelo detto **ad balane** con tutte le cose ad esse pertinenti, che a noi pervennero da parte degli eredi del tribuno Pietro padre e da Pietro figlio del cavaliere Elia tramite due atti di vendita. Le quali suddette due grotte invero con tutte le loro pertinenze in tua e dei tuoi eredi sia la facoltà di tenere e abitare e di esserne padrone, a condizione soltanto che tu ed i tuoi eredi dobbiate dare come pigione a noi ed ai nostri posteri sedici moggia di grano buono secco portato fino alla porta del menzionato nostro monastero, misurate secondo il giusto moggio. E per niente oseremo noi o i nostri posteri togliere a te ed ai tuoi eredi le anzidette grotte e darle a qualsiasi altra persona o di riportarle in nostro possesso se tu ed i tuoi eredi darete a noi ed ai nostri posteri il menzionato pigione poiché così fu convenuto fra noi e se diversamente nascesse da tutte le cose menzionate, allora noi ed i nostri posteri pagheremo come ammenda a te ed ai tuoi posteri una libbra aurea di Bisanzio e questo atto rimanga fermo, scritto per mano del curiale Stefano per la suddetta decima indizione.

* Io egùmeno Macario sottoscritti. *

* Io curiale Leone, pregato dal menzionato egùmeno Macario, come teste

<p>subscripsi ☉</p> <p>✉ Ego basilius filius domini leoni rogatus a suprascripto igumeno testi subscripsi ☉</p> <p>✉ Ego leo filius domini aligerni rogatus a suprascripto macario igumeno testi subscripsi ☉</p> <p>✉ Ego stephanus curialis complevi per Indictionem memorata decima</p>	<p>sottoscrissi.✉</p> <p>✉ Io Basilio, figlio di domino Leone, pregato dal soprascritto egùmeno, come teste sottoscrissi.✉</p> <p>✉ Io Leone, figlio di domino Aligerno, pregato dal soprascritto egùmeno Macario, come teste sottoscrissi.✉</p> <p>✉ Io curiale Stefano completai per la menzionata decima indizione.</p>
--	--

(1) Alexander De Meo (*Apparat. Cron. pag. 56*) Romanum die 24 septembbris anni 919, et Christophorum die 17 decembris eiusdem anni societatem Imperii fuisse auspicatos: primum vero eodem hoc die et anno, alterum die 28 maii insequentis anni imperiali diademate insignitos prodidit. Verum haec serius contigisse nostris e membranis liquet. Ubi enim chronologicae praesentis instrumenti notae excutiantur, annum 921 ipsae dabunt, et Romanum ac Christophorum post diem 9 septembbris anni 920 Constantini in Imperio socios fuisse ostendent. Cum vero et aliud nostrum documentum conditum dicatur die 11 octobris indictione II, et anno VIII. Romani et Christophori, hinc eruitur hos ante diem 11 octobris anni 921 imperasse. Tertium praeterea nacti sumus instrumentum, ubi legitur: *imperante domino nostro Constantino anno XXXI, sed et Romano magno imperatore anno XXI. die XXVI. augusti indictione XV.* Hisce notis item excussis, palam fiet Constantini socerum levirumque neque ante diem 26 augusti, neque post diem 11 octobris in anno 921 aut Imperii socios cooptatos, aut coronatos fuisse.

(2) Vicus hic simplici *Fractae* nomine donatus in praesenti membrana, sive in anno 921 primum occurrit. Hoc eodem documento usus est Claritis (*pag. 158*), quo vicum illum antiquitus *Fractam*, nullo quidem addito επιθετῳ nuncupatum fuisse adstrueret. Allatis porro sequiorum temporum documentis non ante Caroli I. andegavensis aevum *Fractam maiorem* appellatam fuisse contendit. Ita vero dictam ait, ut discerneretur ab altero minore vico, cui *Fractae* quoque nomen inditum fuit. Hunc autem ex Atellae excidio prodiisse ratus est eo, quod in quadam anni 942 membrana haec verba deprehenderat: *Fractula Piczula Massa Atellana*. At Laurentis Iustinianus (*Dizion. Geograf. del Regno di Nap.*) statuit quidem *Fractam* idem esse ac *Fractam maiorem*, quae quandonam condita et *maior* vocata fuerit, sibi compertum haud esse fatetur; e predicto tamen anni 942 documento adversus Claritii sententiam arguit *Fractam minorem* recentiorem *Fracta maiori* existimandam esse. Cum enim *Fractula* diminutivum sit nomen, necesse profecto fuit ut antea *Fracta* extaret, unde diminitivum manaret. Quapropter ea tempestate, qua *Fracta dicta est maior, Fractam minorem* aut in lucem prodiisse, aut habitatum evasisse vicum idem ille catus antiquatum vestigator putavit.